

Francisco Geracampio Monasteriensis  
Canonico in Freckenhorst & Pastori Eccles.  
Johanni Krüpphaer. de Lippia. prope Weiden



**O**blis Quidis  
Nasonis de cristi-  
bus libri  
duo

Ortwini Gratii Dauē. bonarum artium  
professoris ad lectorē hexasticon.

Tristia qui nescit peligni fata poete  
Hoc legat. et lectum sentiet artis opus  
Hinc puer iherbis. simul hinc thorosa iuuentus  
Palladijque viri dona beata ferent  
Delphicus hic cadōr. carmē graue. pressaque v̄ba  
Que superant magnas Pigmalionis opes

Anno d. 1510.

**IBL**



Illoquitur librū. vt Romam vadat. ⁊ quid ei faciendum sit. admonet. **Liber Primus.**



**A**rue (nec inuideo) sine me liber ibis  
in vibem.  
Dei mihi. q̄ domino non licet ire  
tuo.

**U**ade si cultus quale decet epul esse  
Infelix habitum temporis huius habe.  
Necte purpureo velent vacinia succo.  
Non est conueniens luctibus ille color.  
Nec titulus minio. nec cedro charta notetur.  
Candida nec nigra cornua fronte geras.  
Nec fragili gemine poliantur pumice frontes.  
Dirisutis passis vt videre comis.  
Felicis ornent hec instrumenta libellos.  
Fortune memorem te decet esse mee.  
Ne vel liturarum pudeat. qui viderit illas.  
De lachrymis factas sentiat esse meis.  
Uade liber. verbisq; meis loca grata saluta.  
Contingam certe quo licet illa pede.  
Si quis vt in populo nostri non immemor. illi  
Si quis. qui quid agam forte requiret. erit.  
Viueret me dicas saluum tamen esse negabis.  
Id quoq; quod viuam munus habere dei.  
Atq; ita tu tacitus querenti plura legendum  
Ne quod opus non est. forte loquere. caue.  
Protinus admonit⁹ repetet mea crimina lector.  
Et peragar populi publicus ore reus.  
Tu caue defendas quibus mordebere dictis.  
Causa patrociniū non bona maior erit.  
Inuenies aliquem. qui me suspiret ademptum  
Carmina nec siccis perlegat ista genis.

Et dicitur...  
Sicut...  
The...  
P...  
Q...  
E...  
U...  
I...  
D...  
L...  
T...  
E...  
D...  
D...  
D...  
N...  
D...  
C...  
D...  
C...  
S...  
T...  
C...  
D...  
N...  
T...  
I...  
S...

Et tacitus secum. ne quis malus audiat. optet.

Sic mea lenito Cesare pena leuis.

Nos quoq; quisq; erit. ne sit miser ipse peccatur.

Placatos miseris qui uolet esse deos.

Queq; uolet. rata sint. ablata principis ira.

Sedibus in patrijs det mihi posse mori.

Ut peragas mandata. liber culpabere forsitan.

Ingeniq; minor laude ferere mei.

Judicis officium est. ut res. ita tempora rerum

Querere. questio tempore tutus eris.

Larmina proueniunt animo deducta sereno.

Nu bila sunt subitis tempora nostra malis.

Larmina secessum scribentis. et oia querunt.

De mare. me uenti. me fera iactat hyems.

Larminibus meo omnis abest. ego pditus ensem

Delurum iugulo tam puto. tamq; meo.

Dec quoq; que facio. iudex mirabitur equus.

Scriptaq; cum uenia qualiacunq; leget.

Da mihi Meoniden. et tot circumspecte casus.

Ingenium tantis excidet omne malis.

Deniq; securus fame liber ire memento.

Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.

Non ita se nobis prebet fortuna secundam.

Ut tibi sit ratio laudis habende tue.

Donce eram sospes. tituli tangebar amore.

Querendiq; mihi nominis ardor erat.

Larmina nunc stimulo. studiumq; quod obfuit. odi.

Sit satis ingenio sic fuga parta meo.

Itamen et pro me tu. cui licet. aspice Romam.

Dij facerent posses non meus esse liber.

Necte. quod uenias magnam peregrinus in urbem.

Ignotum populo posse venire. puta.

Ut titulo careas. ipso noscere. colore.

Disſimulare velis te licet eſſe meum.  
Clam tamen intrato. ne te mea carmina ledant  
Non ſunt. vt quondam plena fauoris erant.  
Si quis erit. qui te. q̄ ſis meus eſſe legendum  
Non putet. e gremio reijciatq; ſuo.  
Inſpice dic titulum. non ſum preceptor amoris.  
Quas meruit penas iam dedit illud opus  
Forſitan expectes an in alta palatia miſſum  
Scandere te iubeam. Ceſareamq; domum  
Ignofcant auguſta mihi loca. diſq; locorum.  
Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.  
Eſſe quidem memini mitiſſima ſedibus illis  
Numina. ſed timeo qui nocere deos.  
Terretur minimo penne ſtridore columba  
Unguibus accipiter ſaucia facta tuis  
Non procul a ſtabulis audet diſcedere ſi qua  
Excuffa eſt auidi dentibus agna Lupi.  
Ut ar. z celum p̄haeton ſi viueret. z quos  
Opranit ſtulte. tangere noller equos.  
De quoq; que ſenſi fateor Jouis arma timere.  
De reor infeſto cum tonat igne peti.  
Quicumq; argolica de claſſe Lapharea fugit.  
Semper ab euboicis vela retorquet aquis.  
Et mea cymba ſemel vaſta percuffa procella.  
Illum quo leſa eſt horret adire locum.  
Ergo caue liber. z timida circumſpice mente.  
Ut ſatis e media ſit tibi plebe legi.  
Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis  
Icarus icarijs nomina fecit aquis.  
Difficile eſt tamen hic remis vtaris an aura  
Dicere conſilium reſq; locuſq; dabunt.  
Si poteris tradi vacuo. ſi cuncta videbis  
Micia. ſi vires fregerit ira ſuas.

**S**i quis erit. qui te dubitantem. ⁊ adire timentē

**T**radat. ⁊ ante tamen pauca loquatur adi.

**L**uce bona dominoꝝ tuo felicior ipso

**P**eruenias illuc. ⁊ mala nostra leues.

**N**amq; ea vel nemo. vel qui mihi vulnere fecit.

**S**olus Achilles tollere more potest.

**T**antū me noceas. dum vis prodesse videto.

**N**am spes est animi nostra timore minor.

**Q**ueq; quiescebat. ne mota reseruiat ira.

**E**t pene tu sis altera causa. caue.

**L**um tamen in nostrū fueris penetrare receptus.

**C**ontigerisq; tuam scrinia curua domum.

**A**spicies illic positos ex ordine fratres.

**Q**uos studium cunctos euigilauit idem.

**L**etera turba palam titulos ostendit apertos.

**E**t sua detecta nomina fronte gerit.

**T**res procul obscura latitantes parte videbis.

**V**i quoq; quod nemo nescit. amare docent.

**D**os tu vel fugias. vel si satis oris habebis.

**D**edipodas facito. Telegonosq; voces.

**D**eꝝ tribus moneo siqua est tibi cura parētis.

**N**e quemq; quamuis ipse docebit. ames.

**S**unt quoq; mutate ter quinq; volumina forme

**N**uper ab exequijs carmina rapta meis

**D**is mando dicas. intermutata referri

**F**ortune vultum corpora posse mee.

**N**amq; ea dissimilis subito est effecta priori.

**F**lendaq; nunc aliquo tempore leta fuit.

**P**lura quidem mandare tibi si queris. habebis.

**S**ed vereor tarde causa fuisse more.

**S**ed si que subennt tecum liber omnia ferres.

**S**arcina laturo magna futurus eras.

**L**onga via est ꝑpera. nobis habitabitur orbis

Ultimus a terra/terra remota mea.

¶ Supplicatio ad deos. vt ab inimici  
nenti naufragio euz incolumē seruent.

**O** Si maris ⁊ celi (qd enī nisi vota supsūt)  
Soluere quassate parcite mēbra ratis.  
Neue p̄cor magne subscribite Cesars ire  
Sepe premente deo fert deus alter opem.

Mulcyber in Troiā. p Troia stabat Apollo.

Equa Venus Teucris Pallas iniqua fuit.

Oderat Aeneam propior Saturnia Lurno.

Ille tamen Veneris numine tutus erat.

Sepe feror cautum petijē Neptunus Ulyssēm.

Eripuit patrio sepe Minerva suo.

Et nobis aliquod. quāuis distamus ab illis.

Quis vetat irato numen adesse deos?

Verba miser frustra non proficentia perdo.

Ipsa graues spargunt ora loquentis aque.

Terribilisq; Notus iactat mea verba. precesq;

Ad quos mittuntur non sinit ire deos.

Ergo iūdem venti. ne causa ledar in vna.

Uelaz nescio quo. vota q; nostra ferunt.

Ne miserum/ quanti montes voluunt aquarū.

Jam iam tacturos sydera summa putes.

Quante diducto subsidunt equore valles.

Jam iam tacturas tartara nigra putes.

Quocunq; aspicio nihil est nisi pontus ⁊ aer.

Fluctibus hic tumidus. nubibus ille minax.

Inter vtrunq; fremunt immani murmure venti.

Nescit. cui domino pareat vnda maris.

Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu.

Nunc Zephyrus sero vesperemissus adest.

Nūc gelidus sicq; Boreas bacchatur ab arcto

Nunc Notus aduersa prelia fronte gerit.  
Rector in incerto est. nec quid fugiat ve. petat ve  
Inuenit. ambiguus ars stupet ipsa malis.  
Scilicet occidimus. nec spes est vlla salutis.  
Dumq; loquor. vultus obruit vnda meos.  
Opprimet hanc animā fluctus. frustra q; precāti  
Ore necaturas accipiemus aquas.  
At pia nil aliud/ quam me dolet exule contriū.  
Hoc vnum nostri sciteq; gemitq; mali.  
Nescit in imenso factari corpora ponto.  
Nescit agi ventis. nescit adesse necem.  
Obene q; non sum mecum conscendere passus.  
Nemibi mors misero bis patiēda foret.  
At nunc vt peream. quoniā caret illa 'perido.  
Dimidia certe parte superstes iero.  
Dei mihi. quā celeri micuerunt nubila flamma.  
Quantus ab ethereo personat axe fragor.  
Nec leuius laterum tabule scriuntur ab vndis.  
Quam graue baliste menia pulsar onus.  
Qui venit hinc fluctus. fluctus supereminet oēs.  
Posterior no no est vndecimoq; prior.  
Nec letum timeo. genus est miserabile lesi.  
Demite naufragium. mors mihi munus erit.  
Est aliquid fatoq; suo ferroq; cadentem  
In solita moriens ponere corpus humo.  
Et mandare suis aliqua. ⁊ sperare sepulchrum.  
Et non equozeis piscibus esse cibum.  
Fingite me dignum tali nece. non ego solus  
Duc vehor. imeritos cur mea pena trahit?  
Proh superi. viridescq; dei. quibus equozia cure.  
Utraq; iam vestras sistite turba minas.  
Quāq; vedit vitam mitissima Celsaris ira.  
Danc sinite infelix in loca iussa feram.

Si quam promerui penā me perdere vultis.  
Culpa mea est ipso iudice morte minor.  
Mittere me stygias si iam voluisset ad vnda  
Cesar in hoc vestra non eguisset ope.  
Est illi nostri non inuidiosa cruoris  
Lopia. quodq; dedit. cum volet ipse feret.  
Vos modo quos certe nullo puto crimine lesi.  
Contenti nostris iam precor esse malis.  
Nectamen vt cuncti miserum seruare velitis.  
Quod perijt. saluum iam caput esse potest.  
Ut mare subsidat. ventisq; ferentibus vtar.  
Et mihi parcatia. non minus exul ero.  
Non ego diuitias avidus sine fine parandē  
Latum mutandis mercibus equor aro.  
Nec peto. q̄s quondā petij studiosus Athenas.  
Oppida non Asia. non mihi visa prius.  
Non vt Alexandri claram delatus in urbem.  
Delicias videam Nile iocose tuas.  
Quod facile est. opto ventos (q̄s credere posset)  
Sarmatis est tellus. quā mea vela petunt.  
Obligor vt tangam leui fera littora ponti.  
Quodq; sit a patria iam fuga tarda queros.  
Nescio quos videā postos vt in orbe Tomitas  
Exilij facio per mea vota viam.  
Si me diligitis. tantos compescite fluctus.  
Pronaq; sint nostre numina vestra rati.  
Seu magis odistis iusse me aduertite terre.  
Supplicij pars est in regione mori.  
Fate (q̄d hic facio) rapidi mea corpa venti.  
Ausentos fines cur mea vela vident?  
Noluit hoc Cesar. quid quē fugat ille tenetis?  
Aspiciat vultus pontica terra meos.  
Etiubet ⁊ merui. nec que Dana iaueris ille



Crimina defendi fas ve. psuam ve puto.  
Si tamen acta deos nunq̄ mortalia fallunt.  
A culpa facinus scitis abesse mea.  
Immo ita si scitis z me meus abstulit error?  
Stultaq; mens nobis non scelerata fuit.  
Quod licet e minimis domui si fauimus illi  
Sint satis angusti publica iussa mihi.  
Duc duce si dixi felicia secula pro quo  
Lefarethura pia Lefaribusq; dedi.  
Si fuit hic animus nobis ita parcite diui.  
Sin minus alta cadens obruat vnda caput.  
Fallor: an incipiunt grauide euanescere nubes?  
Victaq; mutati frangitur vnda maris?  
Non casu vos sed sub conditione vocati.  
Fallere quos non est. hanc mihi fertis opem.

¶ Ut ex vrbe Roma discesserit. nec non  
coiugis z suoru lachrymas memorat.

**Q**Um subit illi<sup>9</sup> tristissima noctis imago.  
Que mihi supremū tēpus in Urbe fuit  
Cū repeto noctē. qua tot mihi cara reliq;  
Labitur ex oculis tunc quoq; gutta meis.  
Jam prope lux aderat. qua me discedere Lefar  
finibus extreme iusserat Ausonie.  
Nec spaciū. nec mēs fuerat satis apta parandi.  
Torpuerant longa pectora nostra mora.  
Non mihi seruorum comites. non cura legendi.  
Non apte profugo vestis. opis ve fuit.  
Non aliter stupui. quam qui Jouis ignibus ictus.  
Viuit z est vite nescius ipse sue.  
Ve tamen hanc animi nubē dolor ipse remouit.  
Et tandem sensus conualuere mei.

Alloquor extremum in flos abiturus amicos  
Qui modo de multis vnus ⁊ alter erat.

Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat.

Imbre per indignas vsq; cadente genas.

Nata procul libycis aberat diuersa sub oris.

Nec poterat sati certior esse mei.

Quocunq; aspiceres. luctus gemitusq; sonabant.

Formaq; non taciti funeris intus erat.

Femina. virq; meo pueri quoq; funere merent.

Inq; domo lachrymas angulus omnis habet

Si licet exemplis in paruis gradibus vti.

Nec facies Troie. cum caperetur erat.

Jamq; quiescebant voces hominumq; canumq;

Lunaq; nocturnos alta reget at equos.

Hanc ego suspiciens. ⁊ ad hec capitolia cernens.

Que nostro frustra iuncta fuere lari.

Numina vicinis habitantia sedibus inquam.

Jamq; oculis nunq; templa videnda meis.

Dijq; relinquēdi. quos vrbs habet alta Quirini.

Esse salutati tempus in omne mihi.

Et quanq; sero clypeum post vulnera sumo.

Attamen hanc odijs exonerate fugam.

Celestiq; viro. quis me deceperit error.

Dicite pro culpa ne scelus esse putet.

Ut quod sentitis pene quoq; sentiat auroz.

Placato possim non miser esse deo.

Hac prece adorauit superos ego pluribus vsq;

Singultu medios impediēte sonos.

Illa etiam ante larco sparsis prostrata capillis

Contigit extractos ore tremente focos

Multaq; in aduersos effudit verba penates

Pro deplorato non valitura viro.

Jamq; more spaciū nox precipitata negabat.

Uersaq; ab axe suo parrhasis arcus erat.  
Quid facerem: blando patrie retinebar amore  
Ultima sed iusse nox erat illa fuge.  
Ah quoties aliquo dixi properate quid vrges?  
Vel quo festinas ire vel vnde. vider:  
Ah quoties certam me sum mentitus habere  
Doram. preposite que foret apta vie.  
Ter limen tetigi. ter sum reuocatus. z ipse  
Indulgens animo pes mihi tardus erat.  
Sepe vale dicto. rursus sum multa locutus.  
Et quasi discedens oscula summa dedi.  
Sepe eadem mandata dedi. meq; ipse fefelli  
Respicens oculis pignora cara meis:  
Deniq; qd spero? Scythia e q mittimur. inq;  
Roma relinquenda est vti aq; iusta mora est.  
Uxor: in eternum viuo mihi viua negatur.  
Et domus z fide dulcia membra domus.  
Quosq; ego dilexi fraterno more sodales.  
O mihi Thebesa pectora iuncta fide  
Dum licet amplectar. nunqa fortasse licebit  
Amplius in luero est. que datur hora mihi.  
Nec mora sermonis verba imperfecta relinquo  
Amplectens animo proxima queq; meo.  
Dum loquor. z flemus. celo nitidissimus alto  
Stella grauis nobis Lucifer ortus erat.  
Diuidor: haud aliter. qua si mea membra relinqua  
Et pars abrupti corpore visa meo est.  
Sic doluit Priamus tunc cu in straria versus  
Ultiores habuit prodicionis equus.  
Tunc vero exoritur clamor gemitusq; meoru.  
Et feriunt messe pectora nuda manus.  
Tunc vero coniux humeris abeuntis inherens  
Disquit hec lachrymis tristia dicta meis.

Non potes auelli. simul hinc simul ibimus inquit.  
Te sequar. et coniug exulis exul ero.  
Et mihi facta via est et me capit ultima tellus  
Accedam profuge sarcina parua rati.  
Te iubet a patria discedere Lesaris ira.  
De pietas. pietas hec mihi Lesar erit.  
Talia tentabat. sicut tentauerat ante.  
Uixq; dedit victas utilitate manus.  
Egredior: siue illud erat sine funere ferri  
Squallidus immittis hirta per ora comis.  
Illa dolore amens tenebris narratur obortis  
Semianimis media procubuisse domo.  
Uixq; resurrexit foedatis puluere turpi  
Erinibus. et gelida membra leuauit humo.  
Se modo delictos modo deplorasse penates.  
Nomen et adempti sepe vocasse viri.  
Nec gemuisse minus quam si nate ve. meū ve  
Uidisse structos corpus habere rogos.  
Et voluisse mori moriendo ponere sensus  
Respectuq; tamen non periisse mei.  
Uiuat. et absentem quoniam sic fata tulerant.  
Uiuat. et auxilio subleuet usq; suo.  
Tingitur oceano custos Erymanthidos Urse.  
Equoreasq; suo sydere turbat aquas.  
Nos tamen ionium nostra non fundimus equos  
Sponte. sed audaces cogimur esse metu.  
Memiserum. quātis nigrescunt equora ventis  
Erutaq; ex imis feruet arena fretis.  
Monte nec inferior prore pupiq; recurue  
Insilie. et pictos verberat vnda deos.  
Pinea texta sonant. pulsi stridore rudentes.  
Aggemit et nostris ipsa carina malis  
Nauita confessis gelidum pallore timorem.

Jam sequitur victus. non regit arte ratem.  
Utq; parum validus non p̄ficiētia rector  
Cervicis rigide frena remittit equo.  
Sic nō quo voluit sed quo rapit impetus vnde  
Zurigam video vela dedisserati.  
Quod nisi mutatas emiserit Aeolus auras.  
In loca iam nobis non adeunda ferar.  
Nam procul illyricis leua de parte relictis  
Interdicta mihi cernitur Italia.  
Desinat in vetitas queso contendere terras  
Et mecum magna pareat vnda deo.  
Dum loquor. ⁊ cupio pariter timeoq; repelli.  
Incepit quantis viribus vnda latus.  
Parcite cerulei vos saltem namina ponti  
Infestumq; mihi sit satis esse Jovem  
Vos animam seuē festam subducite morti  
Si modo qui perijt non perijisse potest.

¶ Ad amicū qui etiā in aduersis fidus p̄māserat.

**O** Mibi post vltos nunquā mēorāde so/  
Et cui p̄cipue fors mea visa sua ē (dales  
Attonitū q̄ me memini carissime prim⁹  
Ausus es alloquio sustinuisse tuo  
Qui mihi consilium viuendi mite dedisti  
Cum foret in misero pectore mortis amor  
Scis bene cui dicam positis pro nomine signis  
Officium nec te fallit amice tuum.  
Dec mihi semper erunt imis infixa medullis  
Perpetuusq; anime debitor huius ero.  
Spiri⁹ hic vacuas prius extenuādus in auras  
Ibit ⁊ in tepido deseret ossa rogo  
Quā subeant animo meritorum obliuia nostro  
b i

Et longa pietas excidat ista die.  
Dij tibi sint faciles & opis nullius egentem  
Fortunam prestent / dissimilēq; mee.  
Si tamen hec nauis vento ferretur amico .  
Ignoraretur forsitan ista fides.  
Theſea Pirithous non tam sensisset amicū  
Si non infernas viuis adisset aquas.  
Ut foret exemplū veri phoceus amoris  
fecerunt furie tristis Oresta tue.  
Si non Euryalus rutulos cecidisset in hostes  
Nyrtacide Nisi gloria nulla foret.  
Scilicet vt fulnū spectatur in ignibus aurū  
Tempore sic duro est inspicienda fides.  
Dum iuuat & vultu ridet fortuna sereno  
Indelibatas cuncta sequuntur opes.  
Et simul intonuit. fugiunt. nec noscitur vlli  
Agminibus comitum qui modo cinctus eras.  
Atq; hec exemplis quondam collecta priorum.  
Nunc mihi sunt propijs cognita vera malis:  
Uix duo. tres. ve mihi de tot supēstis amici .  
Cetera fortune non mea turba fuit.  
Quo magis o pauci rebus succurrite leſis.  
Et date naufragio littoza tuta meo .  
Ne ve metu falso nimium trepidate timentes'.  
Dac offendatur ne pietate deus.  
Sepe fidem aduersis etiam laudauit in armis.  
Inq; suis amat hanc Celsar. in hoste probat.  
Causa mea est melior. quia non contraria. foui  
Arma. sed hanc merni simplicitate fugam.  
Inuigiles igitur nostris pro casibus oro.  
Diminui si qua numinis ira potest.  
Scire meos casus si quis desiderat omnes .  
Plusq; q; fieri res finit. ille petit.

Tot mala sum passus. quot i ethere sydera lucēt.  
Paruaq; quot siccus corpora puluis habet.  
Multaq; credibili tulimus maiora ratamq;  
Quamuis acciderint. non habitura fidem  
Pars etiam quedā meū moriatur / oportet.  
Neq; velim possint. Dissimulante tegi.  
Si vox infragilis. pectus mihi firmitus esset.  
Pluraq; cum linguis pluribus ora forent.  
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis  
Materia vires exuperante meas.  
Pro duce. Naritio docti mala nostra poete  
Scribite. Naritio nam mala plura tuli.  
Ille breui spacio multis errauit in annis  
Inter dulichias. Iliacasq; domos.  
Nos freta syderibus totis distantia mensos.  
Sors tulit in geticos / sarmaticosq; sinus.  
Ille habuit fidamq; manū / sociosq; fideles.  
De profugum comites deseruere mei.  
Ille suam letus patriam / victorq; petebat.  
A patria fugio victus et exul ego.  
Nec mihi dulichium domus ē Ithace ve Same. ve.  
Pena quibus non est grandis abesse locis.  
Sed quæ de septem totum circūspicit orbem  
Montibus. imperij Roma deūq; locus.  
Illi corpus erat durum / patiensq; laborum.  
Inualide vires ingeniumq; mihi.  
Ille erat assidue seuis agitatus in armis.  
Assuetus studijs mollibus ipse sui.  
Me deus oppressit nullo mala nostra leuante.  
Bellatrix illi diua ferebat opem.  
Lūq; minor Jove sit tumidis q; regnat in vndis  
Illum neptuni. me Jouis ira premit.  
Adde q; illius pars maxima ficta laborum.

Donitur in nostris fabula nulla malis.  
Deniq; questos tetigit tamen ille penates.  
Queq; diu petijt. contigit atq; tamen.  
At mihi perpetuo patria tellure carendum est.  
Ni fuerit lest mollior ira dei.

¶ Ad Uxorem.

**N**ectantū clario Lyde est dilecta poete  
Nec tantū Lhoō Battis amata suo  
Pectorib; quantū tu nostris vxor iheres.  
Digna minus misero non meliore viro.  
Te mea supposita est veluti trabefulta ruina.  
Si quid adhuc ego sum. muneris omne tui ē  
Tu facis vt spoliū nō sim. nec nuder ab illis  
Naufragij tabulas qui petiere mei.  
Utq; rapax stimulatē fame cupidusq; cruoris  
Incustoditum captat ouile Lupus.  
Aut vt edax vultur corpus circumspicit. ⁊ quod  
Sub nulla postum cernere possit humo.  
Sic mea nescio quis malefidus rebus acerbis  
In bona ventitrus si paterere. fuit.  
Dunc tua per fortes virtus summoit amicos  
Nulla quibus reddi gratia digna potest.  
Ergo quam misero tam vero teste probaris  
Dic aliquod pondus si modo testis habet.  
Nec probitate tua prior est aut Hectoris vxor  
Aut comes exincto Laodamia viro.  
Tu si meonium Uatem sortita fuisses  
Penelopes esset fama secunda tue.  
Sine tibi hoc debes nullo pia facta magistro  
Lunq; noua mores sunt tibi luce dati.  
Femina seu princeps omnes tibi culta per annos  
Te docet exemplum coniugis esse bone.



Assimilemꝫ sui longa assuetudine fecit.  
Grandia si paruis assimilare licet.  
Dei mihi nō magnas ꝫ hñt mea carmina vires.  
Nostraqꝫ sunt meritis ora minora tuis.  
Si quid ꝫ in nobis viui fuit ante vigoris.  
Extinctum longis excidit omne malis.  
Prima locum sanctas heroïdas inter haberes.  
Prima bonis animi conspicerere tui.  
Quantumcūqꝫ tamen preconiâ nostra valebūt.  
Larmibus viues tempus in omne meis.  
¶ Ad amicos. q̄ eius imaginē auro ūcuptā hñt

**S**I q̄s habes nr̄is siles in imagine vultꝫ.  
Deme meis ederas bacchica serra comis.  
Ista decent letos felicia signa poetas.  
Temporibus non est apta corona meis.  
Dec tibi dissimula. senti tamen optime dici.  
In digito qui me fersqꝫ refersqꝫ tuo.  
Effigiemꝫ meam fuluo complexus in auro  
Lara relegati. que potes. ora vides.  
Que quoties spectas. subeat tibi dicere forsan.  
Quam procul a nobis Naso sodalis abest.  
Brata tua est pietas. sed carmina maior imago  
Sunt mea. que mando qualiacunqꝫ legas.  
Larmina mutatas hominū dicentia formas  
Infelix domini quod fuga rupit opus.  
Dec ego discedens sicut bona multa meorum  
Ipse mea posui mestus in igne manu.  
Uqꝫ cremasse suum ferrur sub stipite natum  
Testias. ꝫ melior matre fuisse soror.  
Sic ego non meritos tecum peritura libello  
Imposui rapidis viscera nostra rogis.  
Vel ꝫ eram musas. vt crimina nostra. perosus.  
b iij

Uelq; adhuc crescens / r rude carmen erat.  
Que quoniam non sunt penitus sublata. sed extat.  
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.  
Nunc precor. vt uiuant. r non ignaua legentem  
Ocia delectent / admoneantq; mei.  
Non tamen illa legi poterunt patienter ab vilo.  
Nesciat his summam si quis abesse manum.  
Ablatum medijs opus est incudibus illud.  
Defuit r scr ptis vltima lima meis.  
Et veniam pro laude peto. laudatus abunde  
Non fastiditus si tibi lector ero.  
Nos quoq; sex versus in prima fronte libelli.  
Si preponendos esse putabis. habe.  
O. ba parente suo quicumq; volumina tangis.  
Dis saltem vestra detur in vrbe locus.  
Quoq; magis faueas nō hec sunt edita ab illo.  
Sed quasi de domini funere rapta sui.  
Quicquid in his igit vitij rude carmen. habebit  
Emendaturus. si licuisset eram.  
¶ In amicum. qui illi pollicitā fidē fregerat.

**E** N caput alta suū labent ab equore retro.  
Flumina. uersis Solq; recurret eqs.  
Terra feret stellas. celū findetur aratro  
Unda dabit flammās. r dabit ignis aquas.  
Omnia nature prepostera legibus ibunt.  
Partq; suū mundi nulla tenebit iter.  
Omnia iam fient. fieri que posse negabam.  
Et nihil est de quo non sit habenda fides.  
Decego vaticinor quia sum deceptus ab illo.  
Laturum misero quem mihi rebar opem.  
Tanta ne te fallax cepere obliuia nostri e  
Afflictumq; fuit tantus adire timor:

Ut neq; respiceres nec solatere iacentem.  
Dure nec exequias prosequerere meas?  
Illud amicitie sanctum / z venerabile nomen  
Nunc tibi pro vili sub pedibusq; iacet.  
Quid fuit ingenti prostratum mole sodalem  
Uisere? z alloqui parte leuare tui?  
Inq; meos si non lachrymas dimittere casus.  
Pauca tamen ficto verba dolore loqui?  
Idq; quod ignoti faciunt. vale dicere saltem?  
Et vocem populi publicaq; ora sequi?  
Deniq; lugubres vultus nunquãq; videndos  
Lernere supremo dum licuitq; die?  
Dicendumq; semel toto non amplius eus  
Accipere. z parili reddere voce vale?  
At fecere alij nullo mihi federe iuncti.  
Et lachrymas animi signa dedere sui.  
Quid. nisi cõiunctus causiq; valentibus essem.  
Temporis z longi iunctus amore tibi?  
Quid. nisi tot lusus. z tot mea serua nosse?  
Tot nossem lusus. seruaq; ipse tua.  
Quid. si dũtaxat Rome mihi cognitus esses?  
Ascitus toties in genus omne iocis?  
Luncta ne in equoreos abierunt irrita ventos.  
Luncta ne lethæis mersa feruntur aquis.  
Non ego te genitum placida reor vrbe Quirini  
Urbe. meo que iam non adeunda pede est  
Sed scopulos ponti. q̄s hec habet ora sinistri.  
Inq; seris Scythie. sarmaticisq; iugis.  
Et tua sunt silicis circum precordia vene.  
Et rigidum ferri semina pectus habet.  
Queq; tibi quondam tenero ducenda palato  
Plena dedit nutritq; vbera. tigris erat.  
Aut mala nostra minus quã nō aliena putasses.

Duritięq; mihi non agerere reus.  
Sed quoniā accedūt fatalibꝰ hec quoq; dānis.  
Ut careant numeris tempora prima suis.  
Effice peccati ne sim memor huius. z illo  
Officium laudem quo querat ore tuum.  
¶ Ad amicum. qꝰ vulgus fortunam sequitur.

**D**etur inoffense vite tibi tangere metā.  
Qui legis hoc nobis nō inimicꝰ opꝰ  
Atq; veinā possent p te mea vota valerē  
Que pro me duros non tetigere deos.  
¶ Donceris felix. multos numerabis amicos.  
Tempora si fuerint nubila. solus eris.  
Aspicias vt veniant ad candida tecta columbe  
Accipiat nullas sordida turris aues.  
Donec formice tendunt ad inania nunquā.  
Nullus ad amissas ibit amicus opes.  
Utq; comes radios p Solis euntibꝰ umbra ē.  
Cum latet hic pressus nubibꝰ. illa fugit.  
Mobile sic sequitur fortune lumina vulgus.  
Que simul inducra nube teguntur. abit.  
Nec precor vt semper possint tibi falsa videri.  
Sunt tamen euentu vera fatenda meo.  
Duz stetimus. turbe quantū satis esset habebat  
Nota quidem sed non ambiciosa domus.  
At simul impulsā est. omnes timuere ruinati.  
Lautaq; communi terga dedere fuge.  
Seua nec admiroz metuūt si fulmina. quorum  
Ignibus afflari proxima queq; solent.  
Sed tamen in duris remanentem rebus. amicū  
Quolibet inuiso Cesar in hoste probat.  
Nec solet irasci (nec enim moderatioz alter)  
Cum quis in aduersis si quid amauit. amet.

De comite argolico postquā cognouit Oreste.

Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.

Que fuit Actoride cum magno semper Achille  
Laudari solita est Hectoris ore fides.

Quod pius ad manes Theseus comes iret amico

Tartarum dicunt indoluisse deum.

Euryali. Nisiq; fide tibi Turne relata

Credibile est lachrymis imaduisse genas.

Est etiam in miseris pietas et in hoste probatur

Dei mihi quaz paucos hec mea dicta mouēt.

Dic status. hec rerum nunc est fortuna mearum.

Debeat ut lachrymis nullus adesse modus.

At mea sint proprio quāuis meliissima casu

Pectora pro sensu facta serena tuo

Hoc mihi venturum iam tum carissime vidi

Ferret adhuc istam cum minus aura ratem.

Sive aliquid morum. seu vite labe carentis

Est precium nemo pluris emendus erat.

Sine per ingenuas aliquis caput extulit artes

Quelibet eloquio fit bona causa tuo.

Dis ego cōmotus dixi tibi protinus ipsi

Scena manet dotes grandis amice tuas.

Doc mihi non ouium sib;re tonitrus ve sinistra

Lingua ve. seruate pennaz dixit auis

Augurium ratio. et tunc coniectura futuri.

Hec diuinari. notitiaq; tuli.

Et quoniam vera est tota tibi mēte. mihiq;

Gratulo: ingenium non latuisse tuum.

At nostrū tenebris vtinaz latuisset in tuis

Expediūt studijs lumen abesse meis.

Utq; tibi profunt artes facunde seuerē

Dissimiles illis sic nocuere mihi.

Uita tamē tibi nota mea est. scis artibus illis

Autoris mores abstinuisse sui.  
Scis vet<sup>9</sup> hoc iuueni lusum mihi carmē. ⁊ istos  
Ut non laudandos. sic tamen esse iocos.  
Ergo vt defendi nullo mea posse colore.  
Sic excusari crimina posse puto.  
Qua potes excusa. nec amici desere causam.  
Quo pede cepisti. sic bene semper eas.  
¶ Nauis laudat. quā in corinthiaco sinu habuit.

**Q**UAESt mihi. sitq; ꝑcor flauē tutela. minēue  
Nauis ⁊ a picta casside nomen habet.  
Sive op<sup>9</sup> ē vel mīmaz bñ currit ad autā  
Sive opus est remo. remige carpit iter.  
Nec comites volucris contenta est vincere cursu.  
Decupat egressas qualibet arte rates.  
Et patitur fluctus. fertq; assilientia longe  
Equora. nec senis victa madescit aquis.  
Illa corinthiacis primū mihi cognita terris  
Fida manet trepide duxq; comēsque fuge.  
Perq; tot euentus ⁊ iniquis concita ventis  
Equora Palladio numine tuta fuit.  
Nunc quoq; tuta precor vasti secet hostia ponti.  
Quasq; petit getici littozis intret aquas.  
Que simul colie mare me deduxit in. Delles.  
Et longum tenui limite fecit iter.  
Fleximus in lenū cursus. ⁊ ab Actozis vrbe  
Venimus in portus Imbria terra tuos.  
Inde leni vento Zerinthia littoza nacta  
Threicia tetigit fessa carina Samon.  
Saltus ab hac terra breuis est Stantyra petēti  
Dac dominū tenus est illa secuta suū.  
Nam mihi bistonios placuit pede cerge cāpos.  
Delles pontiacas illa reliquit aquas.

Dardaniâq̃ petit auctoris nomen habentem.  
 Et terricola Lampface tuta deo.  
 Quaq̃ p̃ angustas vecte male virginis vndas  
 Seston Abydena separat vrbe fretum .  
 Dinq̃ propontiacis herentē Lyzicon oris .  
 Lyzicon Emonie nobile gentis opus.  
 Quaq̃ tenent ponti bizantia littora fauces.  
 Vic locus est gemini ianua vasta maris.  
 Nec precor euincat .ppulsaq̃ fortibus austris  
 Transeat instabiles strenua Lyanceas.  
 Eniochosq̃ sinus . 2 ab his per Apollinis vrbē  
 Uecta sub Anchiali mensa findat iter.  
 Inde Mesembrias portus . 2 Opeson . 2 arces  
 Pretereat dictas nomine Bacce tuo.  
 Et quos Alcathoes memorant a mentibz orthos  
 Sedibus his profugos constituisse lares .  
 A quibus adueniat Miletida sospes ad urbē.  
 Offensi quo me contulit ira dei.  
 Nec si cōtigerint . merite cadet agna Minerue.  
 Non facit ad nostras hostia maior opes .  
 Vos quoq̃ Lyndaride q̃s hec colit insula . fratres  
 Mite precor duplici numen adesse rati.  
 Altera nanq̃ parat symplegadas ire per altas.  
 Scindere biffonias altera puppis aquas.  
 Vos facite vt ventos/loca cum diuersa petam?  
 Illa suos habeat . nec minus ista suos.

¶ Ad lectorem . q̃ in itinere hunc  
 p̃tinuz librum confecerit.

**L**ettera quecūq̃ ē toto tibi lecta libellō.  
 Est m̃hi sollicito tempore facta vie.  
 Aut hāc me gelido tremere cū mēse decē/  
 Scribentē medijs Adria vidit aq̃s.      Jbri

Aut postq̄ bimare cursu superauimus islymon  
Alteraq; est nostre sumpta carina fuge.  
Quod facerē versus inter fera murmura ponti  
Lycladas egeas obstupuisse puto.  
Ipse ego nunc miror tantis animiq; marisq;  
Fluctibus ingenium non cecidisse meum.  
Seu stupor huic studio, siue est insania nomen  
Omnis ab hac cura mens releuata mea est.  
Sepe ego nimboris dubius iactabar ab Hecis  
Sepe minax Steropia sydere pontus erat.  
Fuscabatq; diem custos Erymantidos vrsē  
Aut Nyadas seuis hauserat auster aquis.  
Sepe maris pars intus erat, tamen ipse tremēti  
Carmina ducebam qualiacunq; manu.  
Nunc quoq; contēti strident Aquilone rudētes  
Inq; modum tumuli concaua surgit aqua.  
Ipse gubernator tollens ad sydera palma  
Exposcit votis immemor artis opem.  
Quocunq; asperi nihil est nisi mortis imago  
Quam dubia timeo mentetimensq; precor  
Contingam portum / portu terrebor ab ipso.  
Plus habet infesta terra timoris aqua.  
Nam simul insidijs hominū pelagiq; laboro  
Et faciunt geminos ensis ⁊ vnda metus.  
Ille meo vereor ne speret sanguine predam  
Deccitulum nostre mortis habere velit.  
Barbara pars leua est auide substructa rapine  
Quam cruor ⁊ cedes bellaq; semper habent.  
Cumq; sit hybernis agitatum fluctibus equor  
Pectora sunt ipso turbidiora mari.  
Quo magis his debes ignoscere candide lector  
Si spe sint, vt sunt, inferiora tua.  
Non hec in nostris, vt quondā scribin<sup>o</sup> hortis



Nec consuete meum lectule corpus habes.  
Factor in indomito brumali luce profundo.  
Ipsaq; ceruleis charta feritur aquis.  
Improba pugnat hyems indignaturq; q; ausim  
Scribere se rigidas incutiente minas.  
Uincat hyems hominem sed eodē tēpore queso  
Ipse modum statuiam carminis illa sui.

P. Qui. Nasonis de Tristib; Lib. Secūdus.  
AD AVGVSTVM CESAREM.

**Q**uid mihi vobiscum est infelix cura li/  
belli.  
Ingenio perij qui miser ipse meo.

Cur modo dānatas repeto mea carmina musas

An semel est penā cōmeruisse parum?

Carmina fecerunt vt me cognoscere vellent.

Omīne non fausto femina virq; meo.

Carmina fecerunt vt me / moresq; notaret

Jam pridem inuisa Cesar ab arte meos.

Deme mihi studium vite quoq; crimina demes

Acceptum refero versibus esse nocens.

Doc precium vite vigilatorumq; laborum

Lepimus ingenio est pena reperta meo.

Si saperem doctas odissem iure sorores.

Flumina cultori pernicioſa suo.

At nunc tāta meo comes est insania morbo.

Saxa memor refero nrsus ad icta pedem:

Salicet vt victus repetit gladiator arenam.

Et redit in tumidas naufraga puppis aquas

Forſitan vt quondam Teutrātia regna tenēti.

Sic mihi res eadem vulnus / opemq; feret.

Musaq; que mouit. motam quoq; leniet irā.  
Exorant magnos carmina sepe deos.  
Ipse quoq; Ausonias Læsar matresq; nurusq;  
Carmina turrigere dicere iussit Opi.  
Iusserat z Phebo dici. quo tempore ludos  
fecit. quos eras aspicit vna semel.  
Dis precor exemplis tua nunc mitissime Læsar  
fiat ab ingenio mollior: ira meo.  
Illa quidē iusta est. nec me meruisse negabo:  
Non adeo nostro fugit ab ore pudor.  
Sed nisi peccassem. tu quid concedere posses?  
Materiam vente fors tibi nostra dedit.  
Si quoties peccant homines. sua fulmina mittat.  
Iuppiter. exiguo tempore inermis erit.  
Nunc ubi detonuit. strepitusq; exterruit orbem.  
Purum discussis aera reddit aquis.  
Iure igitur genitorq; deum rectorq; vocatur.  
Iure capax mundus nil Joue maius habet.  
Tu quoq; cum patre rector dicare. paterq;  
Utere more dei numen habentis idem.  
Id q; facis. nec te quisquam moderatius vnquam  
Imperij potuit frena tenere sui.  
Tu veniam Partho superato sepe dedisti.  
Non concessurus quam tibi victor erat.  
Diuicjs etiam multos z honoribus auctos  
Vidi qui tulerant in caput arma tuam.  
Queq; dies bellum. belli tibi iussulit iram.  
Partq; simul templis vtraq; dona tulit.  
Utz tuus gaudet miles. qui vicerit hostem.  
Sic cur se victum gaudeat. hostis habet.  
Causa mea est melior. quia non contraria dico;  
Arma. nec hostiles esse secutus opes.  
Per mare. per terras. p̄ tertia numina iuro.

Per te presentem / conspicuūq; deum;  
Dunc animū fuisse tibi vir maxime meq;  
Qua sola potui mente fuisse tuum;  
Optau' peteres celestia sydera tarde.  
Parq; sui turbe parua precantis idem.  
Et pia thura dedi pro te. cumq; omnibus vnus  
Ipse quoq; adiunt publica vota meis.  
Quid referā libros / illos quoq; crimina nostra.  
Mille locis plenos nominis esse tui.  
Inspice maius opus. quod adhuc sine fine reliq;  
In non credendos corpora versa modos.  
Inuenies vestri preconia nominis illic.  
Inuenies animi pignora multa mei.  
Non tua carminibus maior fit gloria. nec quo  
Ut maior fiat crescere possit. habet.  
Fama Iouis superest. tamē hunc sua facta referri  
Et se materiam carminis esse iuuat.  
Lumq; Gigantei memo: antu r prelia belli.  
Credibile est letum laudibus esse suis.  
Tecelebrant aliū. quanto decet ore tuasq;  
Iugenio laudes vberiore canunt.  
Sed tamen vt fuso taurorum sanguine centum  
Sic capitur minimo thuris honore deus.  
Ab ferus r nobis nimium crudelior hostis.  
Delicias legit qui tibi cunq; meas.  
Carmina ne nostris r te venerantia libris  
Iudicio possint candidiore legi.  
Esse sed irato. quis te mihi posset amicus.  
Tunc ipse mihi non inimicus eram.  
Cum cepit quassata domus subsidere. partes  
In proclinas omne recumbit onus.  
Linctaq; fortuna rimam faciente dehiscunt.  
Ipsa suo r quondam pondere tracta ruunt.

Ergo hominū questū odiū mihi carmine. quaq;  
Debit est vultus turba secuta tuos.  
At memini. vitamq; meam moresq; probabas.  
Illo quem dederas pretercensis equo.  
Quod si nō prodest. z honesti gloria nulla  
Redditur. at nullum crimen adeptus eram.  
Nec male cōmissa est nobis fortuna reorum.  
Usq; decem decies inspicienda viris.  
Res quoq; priuatas statui sine crimine iudex.  
Deq; mea falsa est pars quoq; iusta fide.  
Me miserum. potui si non extrema nocerēt.  
Iudicio. tutus non semel esse tuo.  
Ultima me perdūt. imoq; sub equore mergit  
Incolumem toties ima procella ratem.  
Nec mihi pars nocuit de gurgite pua. sed oēs  
Pressere hoc fluctus / oceanusq; caput.  
Cur aliquid vidi: cur noctia lumina feci.  
Cur imprudenti cognita culpa mihi est.  
Inscius Acteon vidit sine veste Dianam.  
Preda suis canibus non minus ille fuit.  
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.  
Nunc veniam lesō numine castus habet.  
Illa nostra die. qua me malus abstulit error.  
Parua quidem periit. sed sine labe domus.  
Sic quoq; parua tamen / patrio dicatur vt euo  
Clara. nec vllius nobilitate minor.  
Et neq; diuitijs. nec paupertate notanda est.  
Unde sit in neutrum conspicendus eques.  
Sic quoq; nostra domus vel censu pua / vel ortu.  
Ingenio certe non later illa meo.  
Quo videar quāuis nimum iuueniliter vsus.  
Grande tamen toto nomen ab orbe fero.  
Turbaq; doctorum Nasouem nouit. z aude.

Non fastiditis annumerare viris.  
Corruit hec igitur missis accepta sub vno.  
Sed non exiguo crimine lapsa domus.  
Atq; ea sic lapsa est. vt surgere si modo lesi  
Ematurerit Cæsaris ira. queat.  
Cuius in euentu pene clementia tanta est.  
Ut fuerit nostro lenior ira metu.  
Vita data est. citraq; necem tua constitit ira.  
O princeps parce viribus vte tuis.  
Insuper accedunt te non adimente / paterna.  
Tanq; vita parum muneris esset. opes.  
Nec mea decreto damnasti facta senatus.  
Nec mea secreto iudice iussa fuga est.  
Tristibus inuectus verbis ( ita principe dignū ē )  
Ultus es offensas. vt decet. ipse tuas.  
Adde q; edictum quibus immitte minaq;  
Actamen in pene nomine lenē fuit.  
Quippe relegatus non exul dicor in illo.  
Parcaq; fortune sunt tibi verba mee.  
Nulla quidem sane grauior mentiq; potenti  
Pena est. quam tanto displicuisse viro.  
Sed solet interdum fieri placabile Numen.  
Nube solet pulsa Candidus ire dies.  
Vidi ego pampineis onerataz vitibus vlmuz.  
Que fuerat seuo fulmine tacta Jouis.  
Ipse licet sperare vetes. sperabimus. atq;  
Doc vnum fieri te prohibente potest.  
Spes mihi magna subit. cū te mitissime princeps.  
Spes mihi respicio cum mea facta. cadit.  
Et veluti ventis agitantibus equora. non est  
Aequalis rabies continuusq; furor.  
Sed modo subsidūt. intermissiq; silescunt.  
Vimq; putes illos deposuisse suam.

Sic abeunt. redeuntq; mihi. variatq; timores.

Et spem placandi dantq; negantq; tui.

Per superos igitur. qui dant tibi longa. dabuntq;

Tempora. Romanum si modo nomen amat

Per patriam. que te tuta et secunda parente est.

Luius et in populo pars ego nuper eram.

Sic tibi quem semper factis animoq; mereris.

Reddatur gratae debitus urbis honor.

Linia sic tecum sociales impleat annos.

Que nisi te nullo coniuge digna fuit.

Que si non esset celebris te vita deceret.

Nullaq; cui posses esse maritus erat.

Sospite sic te sit natus quoq; sospes. et olim

Imperium regat hic cum seniore senex.

Efficiamq; tui sydus iuvenile nepotes.

Per tua perq; tui facta parentis eant.

Sic assueta tuis semper victoria castris.

Nunc quoq; se prestat. notaq; signa petat.

Ausoniamq; ducem solitis circumuolet alis.

Ponat et in nitida laurea ferta coma.

Per quem bella geris. cuius nunc corpe pugnas

Auspicium cui das grande. deosq; tuos.

Dimidioq; tui presens et respicis urbem.

Dimidio prociules. seuq; bella geris.

Dicit tibi sic redeat superato victor ab hoste.

Inq; coronatis fulgeat altus equis.

Parce precor. fulmenq; tuum fera tela reconde.

Deu nimium misero cognita tela mihi.

Parce pater patrie. nec nominis inemor huius

Olim placandi spem mihi redde tui.

Non precor. ut redeam. Quis maiora peristis

Credibile est. maguos sepe dedisse deos.

Mitius exilium si das propiusq; roganti.

Pars erit e pena magna leuata mea.  
Ultima perpetior medios eiectus in hostes.  
Nec quisq̄ patria longius exul abest.  
Solutus ad ingressus missus septemplex Istris  
Parrhasie gelido virginis axe premor.  
Jazyges ⁊ Colchi metereaq; turba. Seteq;  
Danubij medijs vix prohibentur aquis.  
Cumq; alij tibi sint causa grauiore fugati.  
Uterior nulli quam mihi terra data est.  
Longius hac nihil est. nisi tantū frigus. ⁊ hostis.  
Et maris astricto que coit vnda gelu.  
Dactenus Euxini pars est Romana sinistris.  
Proxima Basterne Sauromateq; tenent.  
Dec est Ausonio sub iure nouissima. vixq;  
Hesit in imperij margine terra tui.  
Unde precor supplex. vt nos in tuta releges.  
Ne sit cum patria pax quoq; adempta mihi.  
Ne timeam gentes. quas nō bene summonet Ister  
Ne ve tuus possim ciuis ab hoste capi.  
Fas prohibet latio quēquam de sanguine natū  
Cesaribus saluis barbara vincla pati.  
Perdiderint cū me duo crimina. carnē ⁊ error.  
Alterius facti culpa silenda mihi.  
Nā non sunt tāti. renouem vt tua vulnera Cesar.  
Quem nimio plus est indoluisse semel.  
Altera pars superest. qua turpi crimine lesus  
Arguor obsceni doctor adulterij.  
Fas ergō est aliqua celestia pectora falli.  
Et sunt notitia multa in inora tua.  
Utq; Deos celumq; simul sublimē tuenti  
Non vacat exiguis rebus adesse Ioui/  
Atte pendentem sic dum circūspicis orbem.  
Effugiunt curas inferiora tuas.

Scilicet imperij princeps statione relicta  
Imparibus legeres carmina facta modis.  
Non ea temoles Romani nominis vrget.  
Inq; tuis humeris tam leue fertur onus.  
Lusibus vt possis aduertere numen ineptis.  
Excultasq; oculis otia nostra tuis.  
Nunc tibi Pannonia est. nunc Illyris ora domada  
Rhetica nunc prebent. Thraciazq; arma metū  
Nunc petit Armenius pacē. nunc porrigit arcus  
Parthus eques. timida captaq; signa manu  
Nunc te prole tua iuuenem Germania sentit.  
Bellaq; pro magno Cesare Cesar habet.  
Deniq; vt in tanto. quantum nō extitit vnquam  
Corpore pars nulla est que labet imperij.  
Usha quoq; te. 7 legum lassat tutela tuarum.  
Et morum. similes quos cupis esse tuis.  
Non tibi contingunt que gētibus otia prestat.  
Bellaq; cum multis irrequieta. geris.  
Miroz in hoc igitur tantarum pondere rerum  
Unquam te nostros euoluisse iocos.  
At si (quod malle) vacuus foras fuisse fuisses.  
Nullum legisses crimen in arte mea.  
Illa quidem fateor frontis non esse seuerē  
Scripta. nec a tanto principe digna legi.  
Non tamen iccirco legum contraria iussis  
Sunt ea. Romanas erudiuntq; nurus.  
Ne ve quibus scripsi possis dubitare libellis.  
Quat tuoz hos versus e tribus vnus habet.  
Esse procul vitte tenues insignē pudoris.  
Queq; tegis medios insita longa pedes.  
Nil nisi legitimum concessaq; furta. canemus.  
Inq; meo nullum carmine crimen erit.  
Ecquid ab hac omnes rigidas summoquimus arte.



Quas stola contingi. vittaq; sumpta vetat.  
At matrona potest alienis artibus uti.

Quodq; trahat. quamuis non doceat. habet  
Nil igitur matrona legat. que carmine ab omni  
Ad delinquendū doctior esse potest.

Quodcumq; attigerit (si qua est studiosa sinistri)  
Ad vitium mores instruct inde suos.

Sumserit annales (nihil est hirsutius illis)  
Facta sit vnde parens Iliā nempe leget.

Sumserit Aeneidē. genitrix vbi prima req̄ret.  
Aeneadum genitrix vnde sit alma Venus.

Persequar inferius (modo si licet ordine ferri)  
P posse nocere animis carminis omne genus.

Non tamen iccirco crimen liber omnis habetur  
Nil prodest quod non ledere possit idem.

Ignē quid vtilius. si quis tamen vrere tecta  
Comparat. audaces instruit igne manus.

Eripit interdum. modo dat medicina salutem.  
Queq; inuēt monstrat. queq; sit herba nocēs

Et latro. ⁊ cautus p̄cingitur ensē viator.  
Ille sed insidias. hic sibi portat opem.

Discitur innocuas vt agat facundia causas.  
Protegit hec fontes immeritoq; premit.

Sic igitur carmen. recta si mente legatur.  
Constabit nulli posse nocere meum.

Et tundē vitium quicumq; hoc concipit. errat.  
Et nimium scriptis abrogat ille meis.

Ut tamen hoc fatear. Iudī quoq; semina prebēt  
Nequitie. tolli tota theatra iube.

Peccandi causam quā multis sepe dederunt.  
Martia cum durum sternit arena solum.

Tollatur circus. non tuta licentia circi est.  
Dic sedet ignoto iuncta puella viro.

Enim quedā spatietur in hac. vt amator eodem  
Conueniat. quare porticus vlla patet.  
Qui locus est templis augustior. hec quoq; vitet  
In culpam si qua est ingeniosa suam.  
Lū steterit Iouis ede. Iouis succurret in ede.  
Quam multas matres fecerit ille Deus.  
Proxima adoranti Junonia templa subibit  
Pellicibus multis indoluisse deam.  
Pallade conspecta nutum de crimine virgo  
Sustulerit quare queret Erichonium.  
Venerit in magni templū tua numina Martia  
Stat Venus vltori iuncta viro ante fores.  
Ifidis ede sedens cur hanc Saturnia queret  
Egerit ionio bosporioq; mari.  
In Venerem Anchises. in Lunam latmius heros.  
In cererem Iasus qui referatur. erit.  
Omnia peruersas possunt corūpere mentes.  
Stant tamen illa suis omnia tuta locis.  
Sed procul a scripta solis meretricib; arte  
Summonet ingenuas pagina prima man<sup>o</sup>  
Quecūq; erumpit. qua non sinit ire sacerdos.  
Protinus hec veriti criminis acta rea est.  
Non tamen est facinus versus euoluere molles.  
Multa licet caste non facienda legant.  
Sepe supercilij nudas matrona seueri.  
Et veneris stantes ad genus omne videt.  
Corpora vestales oculis meretricia cernunt.  
Nec domino pene res ea causa fuit.  
At quare in nostra nimia est lascinia musa?  
Cur ve meus nequam suadet amare liber?  
Nil nisi peccatū manifesta; culpa fatenda est.  
Penitet ingenij iudicijq; mei.  

---

Cur no argolicis potius que concidit armis.

Uexata est iterum ea rmine Troia meo?  
Cur tacui Thebas? & mutua vulnera fratrum?  
Et septem portas sub duce quantq; suo?  
Non mihi materiã bellatrix Roma negabat.  
Et pius est patrie facta referre labor.  
Deniq; cum meritis implerentis omnia Cefar.  
Pars mihi de multis vna canenda fuit.  
Ueq; trahunt oculos radiantia lumina folio.  
Traxissent animum fic tua facta meum.  
Arguor immerito. tenuis mihi campus aratur.  
Illud erat magne fertilitatis opus.  
Non ideo debet pelago fe credere. fiqua  
Audeat exiguo ludere cymba lacu.  
Forfan in hoc dubitem numeris leuioribus aptus  
Sim fatis in paruos fufficiamq; modos.  
At fi me iubeas de mitos Jouis igne Sigãtes  
Dicere conantem debilitabit onus.  
Diuitis ingenij est immania Cefaris acta  
Condere. materia ne superetur opus.  
Et tamen aufus eram. fed detrectare videbar.  
Quodq; nefas. damno viribus effe tuis.  
Ad leue rursus opus. iuuenilia carmina. veni.  
Et falfo moui pectus amore meum.  
Non equidẽ vellem. fed me mea fata traherãt.  
Inq; meas penas ingenio fusus eram.  
Dei mihi cur didicidẽ cur me docuere parentes?  
Litteraq; effe oculos vlla morata meos?  
Dec tibi me inuifum lafcitiã fecit ob artes.  
Quas ratus es vetitos follicitaiffe toros.  
Sed neq; me nupte didicerunt furta magiftri.  
Quodq; parum nouit nemo docere poteff.  
Sic ego delitias. & mollia carmina feci.  
Strinperit vt nomen fabula nulla meum.

Nec quisquam est adeo media de plebe maritus  
Ut dubius vitio sit pater ille meo.  
Crede mihi distant mores a carmine nostro.  
Vita verecunda est/musa iocosa mea est.  
Magnaq; pars mēdax operū est/ z ficta meorum.  
Plus sibi permittit compositore suo.  
Nec liber indicium est animi. sed honesta volūtas.  
Plurima mulcendis auribus apta refert.  
Accius esset atrox. conuiuia Terentius esset.  
Essent pugnaces. qui fera bella canunt.  
Deniq; composui teneros non solus amores  
Composito penas solus amore dedi.  
Quid nisi cū multo Uenerem cōfundere vitio  
Precepit lyrici Theia musa senis?  
Lesbia quid docuit Sappho. nisi amare puellas?  
Luta tamen Sappho. tutus z ille fuit.  
Nec tibi Battiade nocuit q; sepe legenti  
Delicias versu fallus es ipse tuas.  
Fabula iocundi nulla est sine amore Menandri  
Et solet hic pueris/ virginibusq; legi.  
Ilias ipsa quid est. nisi turpis adultera. de qua  
Inter amatorem pugna/virumq; fuit?  
Quid prius est illic flāma Chryseidos? aut que  
Fecerit iratos rapta puella duces?  
Aut qd Odyssea est. nisi femina ppter amorem.  
Dum vir abest multis vna petita procis. z  
Quid nisi Meonides Uenerē. Martēq; ligatos  
Narrat in obsceno corpora-prensa toros  
Unde nisi indicio magni sciremus Homeri  
Hospitis igne duas incaluisse deas?  
Omne genus scripti granitate tragedia vincit.  
Dec quoq; materiam semper amoris habet.  
Nā qd in Hippolyto ē. nisi seuē flāma Nouerce.

Nobilis est Canace fratris amore sui.  
Quid num Tantalides agitante cupidine currus  
Pisecam phrygijs verit eburnus equis  
Tingeret vt ferrum nato:um sanguine mater  
Concitus a leso fecit amore dolor.  
Fecit amor subitas volucres cum pellice regem.  
Queq; suum luget nunc quoq; mater Iteym.  
Si non Meropen frater sceleratus amasset.  
Auerfos solis non legeremus equos.  
Impia nec tragicos tetigisset Scylla corburnos  
Ni patrium crinem desecuisset amor.  
Qui legis electran. nec egentem mentis Orestē:  
Aegysthi crimen/ Tyndaridosq; legis.  
Nam quid de tetrico referam domitore Chimere.  
Quem leto fallax hospita pene dedit.  
Quid loquar Hermionen. qd te Scheneia virgo.  
Teq; myceneo Phebas amata duci.  
Quid Danaen: Danaesq; nurū: matrēq; Lycē:  
Demonaq; r noctes que coiere duas  
Quid generū Pelie: qd Thebea: qd ve Pelasgū.  
Iliacam tetigit qui rate primus humum:  
Duc Iole/ Pynthiq; parens huc Herculis vxor.  
Duc accedat Nylas. Iliacusq; puer.  
Tempore deficiam. tragicos si psequar ignes.  
Uixq; meus capiet nomina nuda liber.  
Est r in obscenos deflexa tragedia risus.  
Multaq; preteriti verba pudoris habet.  
Nec nocet auroi. mollem qui fecit Achilleus  
Infregisse suis fortia facta modis.  
Junxit Aristides milesia crimina secum.  
Pulsus Aristides nec tamen vrbe sua est.  
Nec qui descripsit corumpi semina matrum  
Eubius iumpure condito: historie.

Nec qui composuit nuper Sybaritida fugie.  
Nec qui concubitus non tacere suos.  
Sunt ea doctorum monumentis mista viroibus.  
Muneribusq; ducum publica facta patent.  
Neve peregrinis tantum defendar ab armis.  
En Romanus habet multa iocosa liber.  
Utq; suo Martem cecinit grauis Ennius ore.  
Ennius ingenio maximus arte rudis.  
Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis.  
Causarumq; triplex varicinatur opus.  
Sic sua lasciuo cantata est sepe Catullo  
femina. cui falsum Lesbía nomen erat.  
Nec contentus ea multos vulgavit amores.  
In quibus ipse suū fassus adulterium est.  
Par fuit exigui. similisq; licentia Calui.  
Detexit varijs qui sua facta modis.  
Quid referā Tinde. qđ Mēmi carmē. apđ qđ  
Nomen adest rebus. nominibusq; pudor.  
Linna qđ his Comes ē. Linnaq; pcatior Anser  
Et leue Comifici. parq; Coronis opus.  
Et quorum libris modo dissimulata per illos  
Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo.  
Is quoq; phasiacas Argon qui duxit in vndas  
Non potuit Veneris furta tacere sue.  
Nec minus Hortensi. nec sunt min⁹ ip̄roba Senai  
Carmina. quis dubitet nomina tanta sequi.  
Vertit Aristidē Sisena. nec obfuit illi  
Distorie turpes inseruisse iocos.  
Nec fuit opprobrio celebrasse lycorida Gallo.  
Sed linguam nimio non tenuisse mero.  
Credere iuranti durum putat esse Tibullus.  
Docetiam de se quod neget illa viro.  
Fallere custodem demum docuisse fatetur.

Sepe sua miserum nunc ait arte premi.  
Sepe velut gemmā domine signumq; pbaret.  
Per causam meminit se tetigisse manum.  
Utz refert digitis sepe est nutuq; locutus.  
Et tacitam mente duxit in orbe notam.  
Et quibus e succis abeat de corpore liuor.  
Impresso fieri qui solet ore docet.  
Deniq; ab incauto nimium petit illa marito.  
Se quoq; vti seruet. peccet vt illa minus.  
Scit cui latretur. cum solus obambulat ipse.  
Cui toties clausas exeret ante fores.  
Multaq; dat furim talis precepta. docetq;  
Qua nupte possent fallere ab arte viros.  
Nec fuit hoc illi fraudi. legiturq; Tibullus.  
Et placet et iam te principe notus erat.  
Inuenies eadem blandi precepta Properti  
Districtus minima nec tamen ille nota est.  
Dis ego successi. quoniam prestantia candor  
Nomina viuorum dissimulare iubet.  
Non timui (fateor) ne qua tot iere carine  
Naufraga seruatīs omnibus vna foret.  
Sunt alijs scripte. quibus alea luditur artes.  
Doc est ad vestros non leue crimen auos.  
Quid valeant alijs. quo possis plurima tacere  
figere damnosos effugiasq; canes.  
Tessera quos habeat numeros distante vocato  
Mittere quo peccat. quo dare missa modo.  
Discolo; vt recto crassetur limite miles.  
Lum medius gemino calculus hoste perit.  
Ut mage velle sequi sciat. et reuocare priorem.  
Nec tuto fugiens incomitatus eat.  
Parua sedet ternis instructa tabella lapillis.  
In qua vicisse est continuasse suos.

Quisq; alij lusus (neq; enim nunc psequar oēs)  
Perdere rem charam tempora nostra solent.  
Ecce canit formas alius iactusq; pilularum.  
Dic artem nandi precipit. ille trochi.  
Composita est alijs fuscandi cura coloris:  
Dic epulis leges. hospitiosq; dedit.  
Alter humū. de qua fingantur pocula monstrat  
Queq; docet liquido testa sic apta mero.  
Talia luduntur fumoso mense decembri.  
Que iam non vlli composuisse nocet.  
His ego deceptus non tristia carmina feci.  
Sed tristis nostros pena secuta iocos.  
Deniq; non video tor de scribentibus vnum.  
Quem sua perdidit musa. repertus ego.  
Quid si scripsissem mimos obscena iocantes.  
Qui semper ficti crimen amoris habent.  
In quibus assidue cultus procedit adulter.  
Uerbaq; dat stulto callida nupta viro.  
Nobilis hic virgo matronaq; virq; puerq;  
Spectat. et ex magna parte Senatus adest.  
Non satis incestis temerari vocibus aures.  
Assuescunt oculi multa pudenda pati.  
Cumq; sefellit amans aliqua nouitate maritū.  
Plauditur. et magno palma fauore datur.  
Quodq; minus prodest pena est lucrosa poete.  
Tantaq; non paruo crimina pretor emit.  
Inspice ludorum sumptus. Auguste tuorum.  
Empta tibi magno talia multa leges.  
De te spectasti. spectandaq; sepe videristi.  
Maiestas adeo comis vbiq; tua est.  
Luminibusq; tuis. totus quibus vtrif orbis.  
Scenica vidisti letus adulteria.  
Scribere si fas est imitantes turpia mimos.



Materie minor est debita pena mee.  
An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutuz.  
Quodq; licet mimis scena licere dedit.  
Et mea sunt populo saltata poemata sepe.  
Sepe oculos etiam detinere tuos.  
Scilicet in domibus vestris vt pisca virozum  
Artificis fulgent corpora picta manu.  
Sic que concubitus varios. variaq; figuras  
Exprimit. est aliquo parua tabella loco.  
Utq; sedet vultu fassus Telamonius iram.  
Inq; oculis facinus barbara mater habet.  
Sic madidos digitis siccant Uenus vda capillos  
Et modo maternis tecta videtur aquis.  
Bella sonant alij telis instructa cruentis.  
Parsq; tui generis. pars tua facta canit.  
Inuida me spacio natura coercuit arcto.  
Ingenio vires exiguasq; dedit.  
Et tamen ille tue felix Aeneidos autor  
Contulit in tyrios arma virumq; toros.  
Nec legitur pars vlla magis de corpore toto.  
Quam non legitimo foedere iunctus amor.  
Phyllidis hic idem. tenereq; Amaryllidis ignes  
Bucolicis iuuenis luserat ante modis.  
Nos quoq; iam pridem scripto peccauim? isto.  
Supplicium patitur non noua culpa nouū.  
Carminaq; edideram. cum te delicta notantē.  
Præterij toties irrequietus eques.  
Ergo que iuueni mihi non nocitura putauī.  
Scripta parum prudens nunc nocere senti.  
Sera redundauit veteris vindicta libelli.  
Diskat 7 a meriti tempore pena sui.  
Ne tamen omne meū credas onus esse remissuz.  
Sepe dedi nostre grandia vela rati.

Sc̄ ego fastōrum scripsi. totidēq̄ libellos.  
Cumq̄ suo finem mense volumen habet.  
Idēq̄ tuo nuper scriptum sub nomine Cēsar  
Et tibi sacratum fors mea. rupit opus.  
Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis  
Queq̄ grauis debet verba cothurnus habet.  
Dictaq̄ sunt nobis. quāuis man<sup>9</sup> vltima cepto  
Defuit. in facies corpora versa nouas/  
Atq̄ vtinā reuoces animū paulisper ab ira. )  
Et vacuo iubeas hinc tibi pauca legi.  
Pauca quibus prima surgens ab origine mūdi  
In tua deduxi tempora Cēsar opus.  
Aspicias quantū dederit mihi pectoris ipse.  
Quoq̄ fauore animi teq̄ tuosq̄ canam.  
Non ego mordaci destrinxi carmine quenquā.  
Nec meus vilius crimina versus habet  
Landidus a salibus suffusus felle refugi.  
Nulla venenato littera mista ioco uest.  
Inter tot populi tot scripti milia nostri.  
Quem mea Calliope leserit vnus ero.  
Non igitur nostris vllam gaudere Quiritem  
Auguro. at multos indoluisse malis.  
Dec mihi credibile est quemquā insultare iacētī.  
Gratia candori siqua relata mea est.  
Dis precor. atq̄ alijs possint tua numina flecti  
O pater o patrie cura. salusq̄ tue.  
Non vt in Ausoniā redeam. nisi forsitan olim.  
Cum longo pene tempore victus eris.  
Tutius exilium. pauloq̄ quietius oro.  
Vt par delicto sit mea pena suo.

Sequuntur aliquot eiusdem  
poete Carmina.

- Quot lepores in atho / quot apes pascunt in hybla  
 Lerula quot baccas palladis arbor habet  
 Littore quot conche tot sunt in amore dolores  
 Que patimur multo spicula felle madetur.
- ¶ Sit pcul offe nefas. vt ameris amabilis esto  
 Quod tibi nō facies. sola vt forma dabit
- ¶ Forma bonū fragile est. q̄tūq; accedit ad annos  
 fit minor. ⁊ spacio carpitur illa suo.
- ¶ Aurea nūc vere sunt secula. plurimus auro  
 Venit honos. auro conciliatur amor  
 Ipse licet venias musis comitatus homere  
 Si nihil attuleris / ibis homere foras.
- ¶ Cū mora nō tuta est. totis incumbere remis  
 Utile ⁊ admissio subdere calcar equo.
- ¶ Pertinet ad faciem rabidos cōpescere mores  
 Landida pax homines / trup decet ira feras.
- ¶ Est deus in nobis. sunt ⁊ cōmercia celi  
 Sedibus ethereis spiritus ille venit.
- ¶ Cui peccare licet. minus peccat / ipsa potestas  
 Semina nequicie languidiora facit.
- ¶ Scilicet interdum miscentur tristia letis  
 Nec populum toto pectore festa suauit.
- ¶ Tempora labuntur tacitisq; senescimus annis  
 Et fugiunt freno non remozante dies.
- ¶ Lenis vt ignauum corumpant ocia corpus  
 Ut capiant vitium. ni moucantur aque.
- ¶ Gloria vos acuat vos vt recitata probentur  
 Earmina. pierijs inuigilate choris.

¶ Impressum est hoc opus Duidianū Colo /  
 nie in officina ingenuoruz filioruz Quentell.  
 M. LXXXX IX. Quarto Nonas Octob.

Tragedia  
von Peter Cornelius

Tragedia

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUSSELDORF